

Sujets des Conférences Ecclésiastiques du Diocèse de Québec, pour l'année 1861.

CONFÉRENCE DU MOIS DE JANVIER.

Sempronius parochus ab executore testamentario sui predecessoris eentum viginti missarum eleemosynas accipit, inter libros defuneti in capsula inventis enim haec nota : Missae.

Ipse, omnes quas a diversis personis accipit eleemosynas missarum, in eamdem capsulam immittit, et, datis oecensionibus, unum vel plures extrahit quando ipse celebrat, vel ab aliis celebrari curat *ad intentionem dantum*. Elapso biennio, quae remanent in capsula eleemosynas omnes tradit eaidam sacerdoti, qui inquirit quomodo intentionem dirigere debeat; in pro vivis vel defunctis, an juxta ordinem chronologicum receptionis, &c. Respondet Sempronius : Quæso, celebres *in globo ad intentionem dantum*. Quo andito, sacerdos eleemosynas remittit diecus se nolle enim tali intentione celebrare.

Hinc Sempronius anxius querit :

- 1o. *Quenam sint regulæ observanda circa determinationem intentionis in applicatione missarum ?*
- 2o. *Quid sit applicatio dicta IN GLOBO et quenam conditiones requirantur ut sit licita et valida ?*
- 3o. *Quandiu celebrationem missarum differre licet ?*
- 4o. *An ipse satisficerit obligationi sua et quid sibi nunc agendum ?*

QUESTION SECONDAIRE.

Metellus sacerdos, qui confessiones audivit in quadam parochia, dum pia exercitia recessus haberentur, dixit quibusdam amicis adulterium valde frequens esse in tali parochia.

Quæritur an hoc dicere poterit absque violatione sigilli ?

CONFÉRENCE DU MOIS DE MAI.

Caia mulier pauperissa, cum a parocho licentiam petisset habendi secundum lecto infantulum summa tempore hiemali, petitioni acquieavit parochus, positis quibusdam conditionibus.

Paucis elapsis diebus, mulier enimdem parochum in confessione adit et multum laerymans narrat se conditiones sibi impositas fideliter implevisse et nihilominus in somno per accidens infantulum oppressisse.

Hinc parochus anxius querit :

- 1o. *An et sub quanam culpa teneantur parochi ab hoc periculo infantulos opprimendi averttere parentes ?*